

Nobilissime atque Doctissime Crellii

Præceptor plurimum honorabile

VIRO
OPTIMARUM LITTERARUM
 AC SAPIENTIÆ STUDIIS
FLORENTISSIMO ATQUE ORNATISSIMO
HENRICO CHRISTIANO
CRELLIO,
MAGISTERII
JURA ET HONORES

DIE XV. FEBR. AN. MDCCXX.

COLLATOS,

EA QUAM PRÆCEPTORI DEBET PIETATE

GRATULATUR

ADRIANUS STEGERUS,
JUNIOR.

LIPSÆ,

TYPIS IMMANUELIS TITIL

AK



*Nobilissime atque Doctissime Crelli,
Præceptor plurimum honorande.*

VIRO
OPTIMARUM LITTERARUM
AC SAPIENTIE STUDII
PROMPTISSIMO ACQUE ORNATISSIMO
HENRICO CHRISTIANO
CRELLIO,
MAGISTRO



*P*ietas in Te mea, & affectum, quo
Te prosequor, declarandi cupidi-
tas, hoc, quicquid est officii a me
exegit. Quemadmodum enim
semper in communionem Tuarum felicitatum mihi
venire visus sum; ita hac quidem vice publice il-
lud testandum esse duxi. Plaudunt jam omnes,
qui bene Tibi cupiunt, & honores in Philosophia
summos gratulantur, in quibus si solus tacerem;
pietatis leges, quæ discipulum Præceptoris fidelis-
simo obstringunt, negligerem. Et quamvis nihil
Te dignum a me proficisci queat, virium tamen

imbecillitatem prodere quam in suspicionem animi ingrati venire malui. Honores obtines titulo quidem pluribus communes, re ipsa paulo curatius pensitata haud vulgares. Nam quod laudi ducitur, Spartam ornare quam quis nactus est, non minori gloriae Tibi cedit, qui non ad auram famae captandam Magistri honores petis, sed in id potius dudum omnem operam contulisti, ut vel sine titulo rem nomine significatam Te habuisse declarares. Est enim in Te egregia a natura data indoles, quam praestantissimis studiis ad gradum excellentiorem perduxisti. Si Tua id pateretur modestia, argumenta huius rei plurima proferrem. Nominanda foret illa dexteritas in tradendis stili elegantioris fundamentis, illa solertia in eruendis antiquae historiae monumentis adhibita; ubi quidem nihil unquam habuisti antiquius, quam ut utile dulci miscendo ad ingrediendam rationem horum studiorum, quae adolescenti difficiliora videri poterant, auctor esses. Eo tamen lubentius his recensendis supersedeo, quo plura solidioris Tuae doctrinae publica monumenta extant. Quem fugit, qua ingenii promptitudine & iudicii acumine primam in Philosophia lauream non indigno collatam fuisse ostenderis? Quas hodie vix

*singulas in singulis reperire licet, liberales artes, has
junctim haud leviter excultas possides. Litteris de-
ditus es elegantissimis, ex quibus non delectationem
solum petere, sed multum quoque ad communem
fructum conferre vales. Et profecto non sine
omine scholæ natus videris, cui faustam vitæ ori-
ginem tribuis. Quæ tamen ut & reliqua, ne fa-
cem soli prætulisse videar, silentio potius involven-
da sunt. Cum itaque ad majorem indies gloriam
hac virtutis via grasseris, non nisi summus bonos
hiscæ Tuis meritis statuendus erat. Et hac quidem
re commotum se sensit inchythus Sapientum ordo, ut
supremam Tibi in Philosophia lauream decerneret.
Fruere igitur isto laborum præmio, & novo hoc de-
core excitatus Paternarum virtutum hæres esse per-
severa. Adspiret modo conatibus Tuis supremum
Numen, qui bonis litteris excolendis Te totum con-
secrasti! Sic genti Tuæ splendidissimæ nunquam
ornamento esse desines. Sic patria, quos spe jam
tenet, fructus ex Te percipiet certissimos, uberrimos.
Sic & ego, qui hucusque Tuo ductu non parum
profeci, cur mihi gratulari possim, satis
habebo. Vale!*

78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-506

KO18

017






*Nobilissime atque Doctissime Viri
Præceptor plurimum honorande.*

**VIRO
OPTIMARUM LITTERARUM
AC SAPIENTIÆ STUDIIS
FLORENTISSIMO ATQUE ORNATISSIMO
HENRICO CHRISTIANO**

**RELLIO,
MAGISTERII
ET HONORES
XV. FEBR. AN. MDCCXX
COLLATOS,
PRÆCEPTORI DEBET PIETATE
GRATULATUR
ANUS STEGERUS,
JUNIOR.
LIPSIAE,
PIS IMMANUELIS TITIL**



AK

